



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

4. De bono prolis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

trimonium aliud contrahat, quia hæc est praxis  
consistoriorum, & sacrorum canonum constitu-  
nonibus conforme; Ratio verò est, quia Iudex  
præsertim Ecclesiasticus bonum publicum Eccle-  
siae & reuerentiam sacramentorum præferre de-  
bet priuato commodo: si autem in tali casu licen-  
tia feundi matrimonij derogetur, solùm timeri  
potest periculum incontinentie, quod tamen mu-  
lier cum Dei gratia vitare potest. Si autem licen-  
tia concedatur & publica Ecclesiae approbatio,  
maiis imminent periculum publici scandali & ir-  
reuerentiaz, si forte prior manibus adhuc vi-  
uat.

Quod si tamen mulier ex valde probabili per-  
suasione ac præsumptione & iustissima credendi  
causa, quod maritus mortuus sit, adeoq; bona fi-  
de si nemo se illi opponeret, ad secundas nuptias  
transfaret, nihil in tali casu peccaret. Quamobrem  
confessarius in conscientiæ foro id ipsi permittere,  
& iudex in externo, si post celebratas nuptias cau-  
lam intelligerer, neque mulierem punire, neque à  
secundo marito separare deberet, donec cogni-  
sum esset, priorem maritum adhuc viuere: Ratio  
est, quia in moralibus, in quibus plerunque certi-  
tudo omnino haberinon potest, homini ad insti-  
tuendas actiones suas, sufficere debet probabilis-  
sima, licet nō omnino certa opinio seu præsumptio.

## C A P. IV.

*De bono prolis.*

Prolis generatio est præcipuus finis actus con-  
tingalis, quem proinde coniuges implicitè sal-

Iiii s cem

tem intendere debent. Nisi per accidentem obsterilitatem aut senectutem desperetur proles, ideoq; intendi non possit cum nemo operans intendat ad, id quod fieri non posse arbitratur.

**2.** Licitum est coniugio uti ob vitandam intor-  
tioriam, non tantum in coniuge, sed etiam in se ipso.

Nam matrimonium post lapsum hominis inpec-  
catum a Deo ordinatum est in remedium concu-  
piscentiae. 1. Cor. 7.

**3.** Solius corporalis sanitatis causa coniugio uti  
videtur esse veniale. Nam haec est sanctorum ho-  
minum persuasio, carnalem commixtionem non  
vacare culpa & deformitate, nisi cohonestetur  
bono prolis, aut bono fidei.

**4.** Propter voluptatem tanquam finem operatio-  
nis coniugio uti est veniale: Ratio quia non bonū  
delectabile, quod est naturae sensitivae congruum,  
sed bonum honestum, quod naturae rationali cō-  
sonum est, humanarum actionum finis esse debet.  
Et cum voluptas a natura indita sit, gratia opera-  
tionis naturalis accedendē promotionisq; efficien-  
ter profecto cum naturali rerum ordine pugnat,  
quod operationem ad voluptatem refert videli-  
cet ideo operatur V.C. cibum, potum, somnum  
&c. capit, ut voluptate fruatur.

### C A P. V.

*De filiis legitimis & illegitimis ac horum legitimacione.*

**1.** **F**iliij & filiae vel legiti sunt, vel illegiti,  
legiti sunt, qui ex vero matrimonio sus-  
cepti